

Dominica incipitur; si autem feria quinta, vel a liber historiæ et responsoria usque in sequentem sextam, vel etiam Sabbato Kalenda mensis intraverit, Dominicam inchoari differantur.

Explicit opitulante Dei gratia Officium temporale.

DE FESTIVITATIBUS SANCTORUM.

335 PRÆFATIO.

Postquam de Ordine temporalis servitii disseruimus, prout vidimus opportunum, restat ut de festis sanctorum, quomodo debeant celebrari, presenti operi insere satagamus; et ut incœptum ordinem teneamus, a festo sancti Andræ, quod semper circa principium adventus Domini recolitur, tractatus nostri principium ordinatur.

Per totum Adventum singulis diebus jejnamus, et in omnibus festis ibidem occurrentibus, bis in omnibus Dominicis solummodo comedentes.

Quando autem de festis sanctorum in Adventu solemnizatur, ante Tertiam pulsatur appellatio ad revestendum; qua cantata sequitur missa, et statim sine intervallo pulsatur ad Sextam, et dicitur; post breve intervallum pulsatur ad Nonam, et dicitur ante prandium. Quando vero fit de tempore sine appellatione Tertia dicitur, qua cantata pulsatur appellatio ad revestendum, et dicitur Sexta; qua cantata sequitur missa, et post breve intervallum pulsatur ad Nonam, etc., ut supra.

336 In festo S. Andræ, ad primas Vesperas lampas una ardeat, tres cerei bacinorum, pulsatur classicum, cantor septimanarius in choro ubi est septimana incipiat ant. *Unus ex duobus*. Psalmi de die. *Homo Dei*, quod cantant ad gradus duo cantores hebdomadarii in cappis sericis. In choro debet esse formula linteamine cooperta. Ant. *Cum pervenisset*, quam debet imponere hebdomadarius cantor in choro suo ubi est septimana, majori, nisi ipse major sit sacerdos hebdomadarius, tunc enim imponat alii propinquiori. Sacerdos induat cappam sericam, et precedentibus ceroferrariis incenset majus altare et matutinale, rediensque in choro unum incenset priorem, postea ante formulam incensetur, deinde dexter choros a majoribus inchoando, et post sinister.

Ad Matutinum pulsatur signa singulariter semel et bis, et tertio et quarto, cum classico immediate. Ardeant duæ lampades inter chorum et altare, et in singulis altaribus singulae lampades, quæ post Matutinas extinguantur. Invitatorium *Adoremus*, quod cantatur a duobus. In primo nocturno antiphona *Andreas*, quam incipit hebdomadarius chori in quo est septimana. Ant. *Ego crucis*, quam incipit alius cantor, **337** cæteras vero antiphonas imponant, a junioribus inchoando. Si ante Adventum, dicitur *Te Deum laudamus*, interim pulsatur duo mediocria signa, et ad versum *Per singulos dies* pulsetur classicum. Si in Adventu, dum cantatur nonum responsorium pulsetur ut supra, et reincepto responsorio classicum fiat. In Laudibus ad *Benedictus* ant. *Ambulans Jesus*, quam incipit hebdomadarius cantor in stallo suo. Oratio *Majestatem*. Ad primam pulsatur duo mediocria signa, ant. *Biduo vivens*, quam incipit junior de choro ubi est septimana, similiter et cæteras antiphonas ad Horas. Ad missam pulsatur classicum, tres cerei bacinorum accenduntur, diaconus dalmaticam, subdiaconus tunnicam habeant. Graduale *Constituit eos* a duobus canitur, non iteratur *Alleluia* similiter a duobus in cappis sericis, sed repetitur. Evangelium cum ceroferrariis et incenso. *Credo* dicitur, et textus cum incenso per chorum defertur, et talis est regula quod non deferatur nisi *Credo* dicatur. In refectorio lectio *Ambulans*. Si oportuerit mutari festum S. Andræ in crastinum, mutetur similiter festum beati Eligii ad aliud crastinum. Ad Vesperas ardeant tres cerei bacinorum, sacerdos in cappa incenset duo altaria.

338 De beato Nicolao duplex festum simplex, id est tertiæ dignitatis, agitur. Invitatorium tres, scilicet hebdomadarii cantent et alius. Prior sit ad sextum responsorium, qui prior legat nonam lectionem in cappa serica cum candelabris. Ad Vesperas quinque lampades, tres cerei accenduntur, majus altare paratur, chorus regitur in cappis sericis. Psalmi de die. Prior dicit capitulum sine cappa et candelabris. Responsorium *Quodam die* cantor et hebdomadarii chorum regentes cantant in cappis. Antiphona *O pastor* imponitur priori, vel ejus vices gerenti. *Benedicamus* a tribus dicitur.

Ad Matutinum pulsantur signa bina et bina sicut sunt in Ordine, et classicum ultimo, luminaria ut supra. Invitatorium a tribus cantatur. Ad primam pulsatur unum majus signum et unum mediocre. Ad missam Officium *Statuit*. Graduale *Domine, prænunti* duo cantant in cappis sericis ad gradus, et reincipitur; *Alleluia* a tribus. Sequentia *Congaudentes*, interim pulsatur signa quæ ad Primam. Evangelium cum candelabris. Ad Vesperas, ut supra, luminaria et pulsationes.

De Conceptione beatæ Mariæ duplex festum agitur simplex, ut supra de sancto Nicolao. Quacunque die venerit totum **339** servitium de festo fit cum memoria de Adventu. Ad Vesperas antiphona *Cæleste beneficium*, psalmi de die. Omnia sicut in Nativitate ejusdem, ita quod ubi illic nominatur Nativitas, hic nominetur Conceptio; hoc etiam a dicto quod ad Sextam et Nonam propriæ dicuntur orationes.

In vigilia S. Thomæ, ad Vesperas psalmi de die. Responsorium in cappis sericis a duobus hebdomadariis, sacerdos in cappa incensat duo altaria, postea priorem, et post incensatur ad formam in choro. Una lampas et tres cerei ardeant. Si in vigilia S. Thomæ, vel in festo ipsius *O* solemnizetur, post antiphonam de festo, et collectam et *Benedicamus*, imponit cantor hebdomadarius solemnizanti *O*, et tota canitur antiphona, et dicitur *Gloria Patri, Sicut erat*, et iterum imponitur et canitur.

Sunt igitur quedam festa trium lectionum quæ simpliciter vocamus, in quibus antiphonæ feriales, tam ad Vesperas quam ad nocturnos dicuntur, capitula vero et hymni, et Laudes super unam antiphonam ad festum pertinentem cum antiphona ad *Benedictus* explicantur. In hujusmodi festis preces et prostrationes non dimittuntur. Si autem hujusmodi festa in Dominica vel in duplicibus octavis evenerint, fiet de illis **340** tantum memoria, cum missa matutinali.

De sancto Vincentio duplex festum simplex, id est tertiæ dignitatis. Ad Vesperas chorus regitur in cappis. Ant. *Beatus vir*, quæ imponitur majori post priorem. Psalmi de die. In omnibus duplicibus festis regatur chorus, et adjuncto tertio responsorium cantetur. Ant. *Sacram hujus*. Psal. *Magnificat*, bis imponitur antiphona priori, et tantumdem canitur.

De conversione sancti Pauli medium festum agitur. Responsorium in cappis sericis sicut in omnibus mediis festis, ad primas Vesperas *Sancte Pauli*. *Benedicamus* a duobus in cappis sericis dicitur.

Solemnitas purificationis beatæ Mariæ celebratur ad similitudinem Epiphaniæ Domini. Post Tertiam cereis ante majus altare super tapetum honeste collocatis, veniens illic prelatus alba, et stola, et cappa serica indutus primo eos benedicit, ac deinde aqua benedicta aspergat. Tunc igitur præ-

lato ad sedem suam in chorum reverso, sacrista cereos distribuat, incipiens a praelato et cæteris majoribus. Cum vero illuminari cœperint, præcentor antiphonam *Lumen ad revelationem* incipiat, quæ cum versibus *Nunc dimittis* ter repetatur. Item antiphona *Ave, gratia plena* tota in choro **341** cantetur. Interim præparata processione, statim ut antiphona *Adorna thalamum* incipitur, moveant, et per claustrum incidentes ante refectorium stationem faciant, donec finita antiphona *Adorna*, cantor *Responsum* accepit imponat, cum quo ante crucifixum venientes *ÿ Hodie beata* tres in pulpito cantent, deinde incepta a praelato antiphona *Cum inducerent*, in chorum redeant, siquæ dicto versu *Responsum* accepit, et collecta *Exaudi, Domine*, pulsetur classicum et missa inchoetur, omnis vero conventus donec praelatus ad altare veniat cereos in manibus tenent; ipse etiam et ministri ad altare cum cereis procedant, quo postquam venerint, cereos cum eis vacaverint in manibus teneant, in choro autem qui voluerint coram se ponant. Officium: *Suscipimus, Deus. Kyrie, Rex virginum* a tribus non in cappis sericis propter distillationem cereorum, sed in cappis laneis, sicut prius in processione, solus praelatus habet cappam sericam; diaconus et subdiaconus non habent dalmaticam nec tunicam; habent tamen ad missam. Epistola in pulpito. Tractus, si dicendus est, a quatuor cantetur, qui simul incipiant et simul finiant, sed singulos versus bini et bini cantant *Nunc dimittis*, eodem modo tractus **342** in annuntiatione Dominica cantetur. Dum offertorium cantatur primo ministri altaris cereos offerant, deinde incipientes a senioribus de choro ordinate veniant et redeant. Secretarius conclavam juxta se cum aqua habeat, in qua susceptos cereos mergens extinguat ne fumus inde procedat, praelati vero cereus, vel alterius qui pro eo missam celebrat, super altare positus usque ad finem missæ non extinguitur. In refectorio lectio *Postquam completi* sunt.

In hac die et omnibus Dominicis usque in Palmis fiat spatium inter gratias prandii et Nonam, in quo spatio donec pulsetur ad Nonam, in ecclesia Beatæ Mariæ habeatur colloquium extra claustrum, similiter in festis novem lectionum usque ad Quinquagesimam, qua cantatur *Esto mihi*; in festis autem more octavarum idem spatium observatur, sed in claustro statim post capitulum more solito habetur colloquium, et bis comeditur; cæteris vero diebus omnibus, et in præcipuis festis si occurrant, usque in Palmis jejunatur. Abhinc tenentur servitores ad Nonam, nisi canonicam excusationem habeant, interesse.

Hæc festivitas, scilicet Purificatio, quando in prima Dominica Septuagesimæ occurrit, mutatur in crastinum, in duabus vero **343** sequentibus Dominicis occurrens non mutatur.

Ad Vesperas antiphona *Tecum principium*, quam incipit hebdomadarius cantor dextri chori in cappa serica, etc. *ÿ Gaude, Maria*, cantores adjuncto sibi præcentore in cappa ad gallos cantent, omnia altaria incensentur. Antiphona *Cum inducerent*, quæ bis imponitur priori a præcentore, et ter canitur *Psal. Magnificat*.

Sequitur de S. Ansberto episcopo, de quo dicuntur ad Vesperas et ad nocturnos antiphonæ feriales ad diem pertinentes, cum capitulis unius episcopi et confessoris. Ad *Magnificat* ant. *Similabo*. Ad *Laudes* ant. *Ecce sacerdos*, etc. Ad *Benedictus* ant. *Sacerdos et pontifex*. Similiter et ad Horas sequentes antiphonæ et capitula unius episcopi et confessoris ad singulas Horas pertinentia cum oratione de festo, precibus tamen et prostratione non intermissis; et quod de isto dicimus, omni tempore in quo prostrationes sunt et preces dicuntur, de omnibus festis trium lectionum simplicium, quæ dies suos habebant, similiter observetur.

A De Annuntiatione Dominica duplex festum agitur. Ad Vesperas ant. *Ave Maria*. Psalmi de die.

De sancto Marco medium festum agitur, **344** quod festum si in aliqua Dominica post octavam Paschæ evenierit, totum fiet de festo, cum memoria de Dominica et missa matutinali, et in crastinum processio et jejunium; si in ipsis octavis Paschæ, processio in illo anno ex toto dimittitur, festum vero post octavas Paschæ cum primis Vesperis celebratur.

Ad missam, Officium *Protestisti*, etc. Post Sextam dum fratres in dormitorium cappas induere propter processionem perrexerint, secretarius unum de majoribus signis ter modicum pulset; deinde post paululum cunctis in chorum reversis, primo a cantore antiphona *Exsurge, Domine*, imponatur. Hebdomadarius, sicut est in cappa sua, asperso principali altari, conventum etiam ordine consueto aspergat, postea dicat versum *Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam. Dominus vobiscum*, et orationem de jejunio. Tunc ordinata processione incipiat cantor antiphonam *In nomine Domini*, et alias antiphonas, quantum opus fuerit, usque ad introitum ecclesiæ Sancti Joannis. In introitu ecclesiæ prædictæ, *ÿ Inter natos mulierum*. Interim sacerdos et ministri ad missam se velociter præparent celebrandam. Finito responsorio dicat sacerdos versum *Fuit homo missus*, et orationem *Præsta, quæsumus, 345 omnipotens Deus, ut familia*. Officium *Exaudivit de templo*. Oratio *Præsta, quæsumus*. De S. Joanne fiat memoria cum oratione prædicta, de omnibus sanctis memoria cum oratione *Concede, quæsumus*, etc. Ad hanc missam omnia quæ ibi ad servitium sunt necessaria secretarii provisione illuc debent esse ante delata. Expleta missa statim duo fratres in medio stantes litaniam incipiant: *Domine, defende nos*. Interim sacerdos et ministri se expedientes in ordinem suum redeant. Cantores cum pronuntiaverint: *Sancte Joannes Baptista, ora pro nobis*, redeat processio, litania vero secundum quantitatem itineris producat vel brevietur. Qui eam præcuntur in medio conventu simul incendant. Finita litania, ad gradus chori dicat sacerdos *ÿ Vox lætitiæ*, et orationem *Clamantes ad te, Domine*. Tunc depositis cappis pulsetur ad Nonam. In refectorio lectio *Quis vestrum habebit amicum*. Notandum quod, quando hoc festum infra hebdomadam paschalem evenierit, differtur ejus servitium usque in feriam post *Quasimodo*; processio vero ipso die quo festum evenierit celebratur hoc modo. Ordinata processione statim duo ad gradus incipiant *Salve, festa dies*, conventus per singulos versus repetat nunc *Salve*, nunc *Qua Deus, 346* ita cantando procedant ad ecclesiam Sancti Joannis. In introitu ecclesiæ *ÿ Inter natos*, cum versu *Fuit homo*, et oratione *Præsta, quæsumus*, et tunc ibidem missa non celebratur, sed facta qualicunque intervallo, ordinata processione cantores in redeundo, ubi prius finierant, incipientes, residuum versuum, quantum opus fuerit, prosequuntur, quibus in chorum reversis sacerdos ad gradus dicat versum *Vox lætitiæ*. Oratio *Præsta, quæsumus*.

De apostolis Philippo et Jacobo, ad secundas Vesperas ant. *Domine*, etc. Post Vesperas incepta antiphona *Cruz fidelis*, cum processione ad crucifixum exeant, indeque cum antiphona de martyribus, *Filii Jerusalem*, in chorum redeant. In Laudibus processio ad crucifixum, in reditu de martyribus memoria *Lux perpetua*, etc.

De S. Joanne Baptista duplex festum primæ dignitatis. Ad Vesperas ant. *Descendit*. Psalmi de die. Antiphona *Ingresso* bis imponitur et ter canitur. *Psal. Magnificat* in utrisque Vesperis, Matutinis, processione claustrali, et pneumatibus per singulas antiphonas eodem modo fit sicut in Trinitate. Incontinatur altare Sancti Joannis, et junctur. In primis Vesperis non fit processio ad altare. Post Vesperas eat processio cum **347** cruce et ceroferrariis ad ce-

clesiam Sancti Joannis cum capsâ beati Laudi. In motu processionis incipiat cantor *Ŕ O lux*, cum versu et *Gloria*. In introitu ecclesie Sancti Joannis *Ŕ Inter natos*. Finito responso prior Vesperas incipiat, quæ dicuntur eodem modo quo supra. Sciendum quod corpus beati Laudi debet ibi morari usque post crastinas Vesperas, et debet continue coram capsâ ardere cereis a presbytero ejusdem ecclesie preparatus. Dicitis Vesperis conventus nihil cantando revertitur. Post Completorium, facto brevi intervallo pulsetur classicum ad Matutinum. Invitatorium a quatuor, et cætera sicut in Trinitate. Omnes antiphonæ cum pneumate finiuntur. Homilia in cappa serica legatur, et nona lectio similiter in cappa candelabris presentibus. Ad Laudes, ad *Benedictus* ant. *Apertum est ter* canitur, primo usque *Et prophetavit dicens*. Psal. *Benedictus*, incipitur, bis imponitur priori. Processio ad altare.

Missâ matutinalis ad altare Sancti Joannis de ipso fiat. Officium *Justus ut palma*. Oratio *Concede, quæsumus*. Epistola *Factum est verbum Domini ad me, dicens*. Graduale *Justus ut palma*. Alleluia, *Tu puer*. Evangelium *Dixit Zacharias ad angelum*. Offertorium *In virtute*. Communio *Posuisti, Domine*. **348** Ad Tertiam, ant. *Innuent*, etc. Quacunque die evenierit, processio fiat in cappis sericis. Ad missam Officium *De ventre*. *Kyrie*, *Cunctipotens*. Oratio *Deus, qui præsentem*. Epistola, *Aud te, insula* in pulpito; graduale *Priusquam te formarem*. Alleluia, *Inter natos*. Evangelium *Elisabeth impletum est*. Offertorium *Justus ut palma*. Communio *Tu puer*.

Post Vesperas ad ecclesiam Sancti Joannis nihil cantando processio gradiatur, ibique a duobus capsâ cum corpore sancto sumpta, statim cantor incipiat *Ŕ O vere spirituale*, cum versu et *Gloria*. In introitu ecclesie *O beate præsul, Laude*. *Ŕ Ora pro nobis*. Oratio *Da, quæsumus, omnipotens*.

In festo S. Eusebii confessoris, ad Matutinum tres lectiones. Hac die in capitulo [*eg.*, capitulum] sicut in vigilia Natalis Domini honeste debet preparari; pronuntiant lectore *Dormitio sanctæ Mariæ*, omnes in terram se prosternant, recordantes et secum pertractantes quanta bona per hanc gloriosam Virginem accepimus. Post aliquantulum spatium, dato signo a prælato surgant, et lector quæ restant prosequaretur; postea legatur lectio de Evangelio *Extollens vocem quædam mulier*. In fine vero capituli, tam hujus dici quam octo subsequentium, dicatur psalmus *Laudate* **349** *Dominum, omnes gentes*, exinde vigilia cum magno gaudio celebretur, prostrationes, psalmi familiares intermittuntur. Sequentes Horæ de ipsa Virgine dicantur, etiamsi Dominica sit, cum collecta de vigilia. Ad missam Officium *Salve, sancta Parens*. Graduale *Benedicta*, ad gradus in cappis sericis a duobus cantetur; si Dominica fuerit, *Alleluia, Post partum*, similiter in cappis a tribus. Sequentia, *Credo* et præfatio [*scilicet*, propria] non dicantur. Evangelium *Factum est, cum loqueretur*, cum cereis et incenso; in fine missæ nullum signum pulsetur, sed post breve intervallum duo de majoribus signis ad Nonam. In refectorio lectio *Factum est cum loqueretur*.

Hæc solemnitas ad similitudinem Natalis Domini debet celebrari. Ad Vesperas ant. *Tota pulchra es*. Psal. *Laudate, pueri, Dominum*, etc. Omnes antiphonæ ad Vesperas, Matutinum, et Laudes pneumatice finiuntur. Antiphona *Ascendit Christus* bis imponitur a prælato prælato, et ter canitur, omnia altaria incensantur.

Ad Matutinum primo omnia signa in classicum pulsentur. Invitatorium a quatuor in cappis. Homilia in cappa serica legatur.

Processio in cappis agitur. Ad missam Officium *Gaudemus*. *Kyrie, Rex virginum*. **350** Epistola in pulpito legatur, etc. In refectorio lectio *Intravit*

A Jesus, deinde Sermones de eodem festo. Per octavas *Cogitit me, o Paula*, etc.

De sancto Bartholomæo medium festum. Ad primas Vesperas ant. *Estote fortes*. Psalmi de die. Notandum quod hac die ad Vesperas, et in crastinum ad missam septem de canonicis nostris apud Sanctum Audoentum cum processione beatæ Mariæ tenentur ex consuetudine proficisci. Nihilominus ad Vesperas nostras de S. Audoeno facimus memoriam cum hac antiphona: *Suscipe nostra*.

De sancto Augustino duplex festum primæ dignitatis ad Vesperas *Lætare, mater*. Psalmi de die. Antiphona *Adest dies*, bis imponitur, et ter canitur. Omnia altaria incensantur. Psal. *Magnificat*. A tribus *Benedicamus*.

Processio in cappis sericis agitur. In pulpito prosa a tribus cantetur cum *Patribus*. Ad missam Officium *In medio Ecclesie, Kyrie, Cunctipotens*. Epistola in pulpito legatur, etc. In refectorio lectio *Beatus Augustinus ex provincia*, etc.

Ad Vesperas antiphona *Post mortem*, etc. ant. *Hodie gloriosus*, ter canitur. Psal. *Magnificat*. *Benedicamus*. Postea tres alii in cappis **351** rubeis incipiunt ad gradus responso *Inter natos*, processio ad altare. Cantatur versus *Fuit homo*, versiculus dicitur ab ultimo dextri chori in cappa *Gloria et honore*. *Benedicamus Domino*.

In nativitate sanctæ Mariæ virginis duplex festum secundæ dignitatis, ad Vesperas antiphona: *Cæleste beneficium*, etc. Missâ matutinalis de S. Adriano, nisi Dominica fuerit. Hac die processio non agitur in cappis sericis. Ad magnam missam Officium *Gaudemus*. Epistola *Ego quasi vitis* in pulpito legatur. Evangelium *Liber generationis*, etc.

Exaltatio sanctæ crucis, medium festum ita tamen quod nonum responso sit duplex. Ad Vesperas et Laudes processio fit ad altare. In reditu de martyribus Cornelio et Cypriano memoria *Isti sunt sancti*.

In solemnitate S. Laudi triplex festum agitur. Ad Vesperas in circuitu chori duodecim cerei accendantur, præter candelabrum et aliud solitum luminare. Antiphona *In laudem Christi*, psalmi de die. Cantores hebdomadarii in cappis sericis chororum regant. Omnes antiphonæ tam diurnæ quam nocturnæ cum pneumate finiuntur. Capitulum in cappa serica a prælato dicitur. Responso *O lux mundi* **352** a tribus de senioribus in cappis sericis cantetur. Antiphona *Voto, voce*, bis imponitur et ter canitur. Psal. *Magnificat*. Altare majus cum duobus thuribus incensetur.

Ad Matutinum classicum primo pulsetur. Invitatorium *Unum et verum Deum*, a quatuor in cappis sericis cantetur. Tertium responso *O lux mundi*, a tribus in cappis sericis cantetur. Sextum *O vere*, a tribus in cappis sericis, scilicet priore et duobus senioribus. In tertio nocturno homilia in cappa serica legatur; responso nonum *O lucis gaudens*, a quatuor in cappis sericis agatur, et iteratur. In Laudibus ad *Benedictus* antiphona *Quasi luna*, bis imponitur et ter canitur, omnia altaria incensantur. In capitulo lectio *Videte, vigilate*. In fine capituli per totas octavas dicitur: psalmus *Laudate Dominum, omnes gentes*. Post capitulum pulsetur ad processionem.

Notandum si festum sancti laudi feria iv vel vi, vel Sabbato evenierit, fiat jejinium Quatuor Temporum in hebdomada præcedenti (53).

Processio in cappis agitur sericis, in qua processione capsâ beati Laudi post conventum honorifice a duobus bajulis in cappis sericis cum duobus ceroferrariis, aliis **353** vero duobus ante crucem præcedentibus cum thuriferario, debet deportari. In statione ecclesie responso *O vere*, quatuor in cappis sericis in pulpito dicant *Ŕ Te tutore*. Ad introitum chori

(53) In festo patroni non jejunabant.

O beate præsul Laude. Ad missam Officium Statuit. Pnema, *Kyrie, Deus creator. Gloria in excelsis,* cum prosa *O gloria sanctorum.* Oratio *Deus, qui ad decorandam.* Epistola *Ecce sacerdos.* Graduale, *Domine pravenisti,* a tribus in pulpito cantetur. *Alleluia, Salve, gemma.* Sequentia *Alma cohors.* In refectorio vita S. Laudi, postea sermo *Dominus et Salvator noster, fratres charissimi.* Ad Vesperas ant. *Beatus Laudus,* etc. Responsorium *O lucris,* octo, vel plus vel minus ad voluntatem præceptoris, cantant in circuitu. De sancto Matthæo memoria.

In octava S. Laudi duplex festum tertie dignitatis. Unus cereus debet ardere super altare ante corpus sancti Laudi ad utrasque Vesperas et Matutinum.

De sanctis confessoribus Remigio (1 Octob.), Germano et Ve lasto tres lectiones. Ab hac die usque ad Pascha somnus meridianus intermittitur. Ab hac die usque ad Kalendas Novembris, nisi festum novem lectionum, vel festum more octave celebraretur, immediate post gratias Nona decantetur. In novem **354** vero lectionibus extra clausuram collocatorium fratres post prandium donec pulsetur ad Nonam, usque ad festum omnium Sanctorum, habere debent. Ad Nonam servitores mensæ debent, si commode valeant, interesse.

In translatione S. Augustini medium festum. Ad Vesperas ant. *Lætare.* Psalmi de die. Processio fit ad altare quod est commune S. Augustini et S. Nicolai. In reditu, de martyribus memoria *Gaudent in cælis.* Ad Matutinum, sicut in alia solemnitate, servata proprietate medii festi, ita tamen quod media lectiones et media responsoria fiant de martyribus. In Laudibus processio ad altare, in reditu de martyribus memoria *Cum audieritis.*

In dedicatione ecclesie triplex festum. Ad Vesperas ant. *Architectus,* etc. Omnes antiphonæ, tam diurna quam nocturna, prima die cum pneumate finiuntur. Antiphona *Sanctificavit Dominus,* ter canitur. Psal. *Magnificat.* Altare majus et altare matutinale tantummodo incensantur. Post *Benedicamus* processio agitur ad duodecim cruces quæ sunt in ecclesia depictæ, et debent in singulis quinque cerei [s. singuli] accendi ad singulas processiones, videlicet ad Vesperas et Matutinam. Ad processionem *Terribilis* **355** est locus, cum versu, et *Gloria,* si opus fuerit. In præcedendo prælatus debet singulas cruces cum altaribus incensare. In choro *Beati qui habitant.* Oratio *Annæ, quesumus, Domine.*

Ante Matutinum pulsetur classicum. Homilia in cappa serica legatur. In Laudibus processio fiat sicut post Vesperas. In capitulo lectio *Egressus Jesus perambulabat Jericho;* postea solemniter pulsetur ad processionem, processio in cappis sericis agitur. *Terribilis.* In statione *Ecce tabernaculum,* in pulpito a tribus cantetur versus *Si quis.* Ad missam, Officium *Terribilis est locus iste,* etc. In refectorio lectio *Egressus Jesus.*

Per octavam ad Horas et ad missam fiat servitium in modum medii festi. *Alleluia* in cappis sericis decantetur; ministri altaris tunica et dalmatica vestiantur. In refectorio sermones de festo, quantum possunt sufficere.

De sancto Mellone fit duplex festum tertie dignitatis.

De sancto Romano medium festum agitur; ad Vesperas ant. *Similabo.* Psalmi de die.

De sancto Fromondo martyre duplex festum. Ad utrasque Vesperas et Matutinum **356** cereus ardeat coram feretro. Ad Vesperas ant. *Beatus vir.* Psalmi de die. Si Dominica fuerit ad processionem dicatur responsorium *Gloria et honore;* in qua processione debet capsula beati Fromondi deportari et duo cerei juxta feretrum.

De Omnibus Sanctis triplex festum agitur. Omnes antiphonæ cum pneumate finiuntur. Ante Matutinum omnia signa in classicum pulsentur. Prima lectio

A in cappa serica a prælato legatur, secunda a superiore non in cappa serica, ceteræ a senioribus sicut sunt in ordine constituti. In hac festivitate non pronuntiatur Evangelium, sed septima lectio sic incipitur: *Christi sacerdotibus.* Octavam lectionem legit unus de junioribus; ad Nonam vero lectionem ponitur unus de sacerdotibus, quæ in cappa serica legi debet. Responsorium primum quatuor in cappis sericis decantant *Summæ Trinitati. Præstet nobis. Gloria Patri,* reincipitur *Summæ Trinitati.* Responsorium secundum prælatus cum duobus aliis similiter in cappis sericis. Cetera responsoria duo et duo cantant, sed non in cappis sericis; nonnum *Concede nobis* a tribus in cappis sericis decantetur. In capitulo lectio *Christi vero sacerdotibus.* Processio hujus diei non agitur in cappis sericis. Ad processionem **357** *Concede,* *Adjuvent* a tribus in pulpito cantetur. Officium *Gaudemus.* Epistola in pulpito legitur. In refectorio lectio *Videns Jesus turbas.*

B A Kalendis Novembris usque ad Purificationem beatæ Mariæ statim post gratias redditas, præmissis *Pater noster,* quando his comeditur cantatur Nona.

Ad Vesperas ant. *Salvator mundi* ter canitur. Psal. *Magnificat.* Post Vesperas in memoriam fidelium defunctorum festivus solito aguntur Vesperæ, ita: Primam antiphonam incipiat præceptor, ceteras cantores hebdomadarii, psalmi sedendo cantentur, quia, si statio teneretur et si antiphonæ deferrentur, ita essent duæ Vesperæ in conventu, quod nunquam fit. Ant. *Placebo,* psal. *Di' exi.* Hoc addito quod in fine cujuslibet psalmi *Requiem æternam* dicatur, etc. Psal. *Magnificat,* in fine *Kyrie, eleison* ter cum cantu, etc., una tantum collecta: *Fidelium, Deus,* etc. *Requiescant in pace.* Qua finita classicum aliquandiu pulsetur, interim conventu in choro expectante.

In crastinum totum Servitium fiat pro defunctis in modum duplicis festi tertie dignitatis. Ad Matutinum pulsetur signa duo et duo. Pulsato classico, præmissis *Pater noster,* et facto sonitu a prælato cantor hebdomadarius **358** dextri chori defert primam antiphonam prælato per chorum extra formas, ceteræ majoribus deferantur, in fine cujuslibet psalmi, et etiam ad omnes Horas *Requiem æternam* dicatur loco *Gloria Patri.* Ant. *Dirige.* Psal. *Verba mea,* etc. *A porta inferi.* Lectiones ad lectricum extra chorum legantur, et sumantur de Epistola beati Pauli I ad Corinthios in fine: *Si autem Christus prædicatur,* etc. Lectiones sine *Jube* et sine *Tu autem.* Nonnum responsorium *Libera me, Domine,* a tribus cantetur. In fine dicat prælatus *Requiescant in pace,* et responso *Amen* dilectant omnes. Interim pulsetur classicum aliquandiu conventu in choro expectante. Finito classico prælatus incipiat antiphonam a cantore hebdomadario sibi delatam, *Exsultabunt,* etc. Ad Primam et ad omnes Horas hebdomadarius majoris missæ incipiat antiphonam loco *Deus, in adiutorium.* In capitulo omnia fiant sicut solitum est, lectio *Tempus quod inter hominis mortem,* sine *Jube* et sine *Tu autem,* legatur. In fine capitulum *Verba mea.* Sicut solitum est post capitulum pulsetur ad processionem, deinde ad revestendum, post cum revestiti fuerint ad Tertiam.

Finita Tertia, et preparata processione cum aqua benedicta, cruce, cereis, et thuribulo, **359** induto etiam prælato, et ministris albis paratis, cantore incipiente *Credo quod Redemptor,* exeat processio per dextram crucem ecclesie, prælatus aspergat tumulos defunctorum. Interim conventu in basilica ordinate expectante et cantante responsoria historice, scilicet *Credo quod Redemptor,* etc., quantum opus fuerit, exeat prælatus cum ministris et cruce, et cereis, et aqua benedicta in commune cœmeterium parochianorum, et ibi circumquaque aquam benedictam aspergat; deinde regresso prælato procedat tota processio per claustrum, ipso prælato similiter aquam benedictam aspergente, quo transiit cum

clesiam Sancti Joannis cum capsâ beati Laudi. In motu processionis incipiat cantor *â O lux*, cum versu et *Gloria*. In introitu ecclesie Sancti Joannis *â Inter natos*. Finito responsorio prior Vesperas incipiat, quæ dicuntur eodem modo quo supra. Sciendum quod corpus beati Laudi debet ibi morari usque post crastinas Vesperas, et debet continue coram capsâ ardere cereus a presbytero ejusdem ecclesie præparatus. Dicitis Vesperis conventus nihil cantando revertitur. Post Completorium, facto brevi intervallo pulsetur classicum ad Matutinum. Invitatorium a quatuor, et cætera sicut in Trinitate. Omnes antiphonæ cum pneumate finiuntur. Homilia in cappa serica legatur, et nona lectio similiter in cappa candelabris presentibus. Ad Laudes, ad *Benedictus* ant. *Apertus est ter canitur*, primo usque *Et prophetavit dicens*. Psal. *Benedictus*, incipitur, bis imponitur priori. Processio ad altare.

Missâ matutinalis ad altare Sancti Joannis de ipso fiat. Officium *Justus ut palma*. Oratio *Concede, quesumus*. Epistola *Factum est verbum Domini ad me, dicens*. Graduale *Justus ut palma*. Alleluia, *Tu puer*. Evangelium *Dixit Zacharias ad angelum*. Offertorium *In virtute*. Communio *Posuisti, Domine*. **348** Ad Tertiam, ant. *Innebant*, etc. Quacunque die evenierit, processio fiat in cappis sericis. Ad missam Officium *De ventre*. *Kyrie*, *Cunctipotens*. Oratio *Deus, qui præsentem*. Epistola, *Audete, insule* in pulpito; graduale *Priusquam te formarem*. Alleluia, *Inter natos*. Evangelium *Elisabeth impletum est*. Offertorium *Justus ut palma*. Communio *Tu puer*.

Post Vesperas ad ecclesiam Sancti Joannis nihil cantando processio gradiatur, ibique a duobus capsâ cum corpore sancto sumpta, statim cantor incipiat *â O vere spirituale*, cum versu et *Gloria*. In introitu ecclesie *O beate præsul, Laude*. *â Ora pro nobis*. Oratio *Da, quesumus, omnipotens*.

In festo S. Eusebii confessoris, ad Matutinum tres lectiones. Hac die in capitulo [*eg.*, capitulum] sicut in vigilia Natalis Domini honeste debet præparari; pronuntiante lectore *Dormitio sanctæ Mariæ*, omnes in terram se prosternant, recordantes et secum pertractantes quanta bona per hanc gloriosam Virginem accepimus. Post aliquantulum spatium, dato signo a prælato surgant, et lector quæ restant prosequatur; postea legatur lectio de Evangelio *Extollens vocem quædam mulier*. In fine vero capituli, tam hujus diei quam octo subsequentium, dicatur psalmus *Laudate* **349** *Dominum, omnes gentes*, exinde vigilia cum magno gaudio celebretur, prostrationes, psalmi familiares intermittuntur. Sequentes horæ de ipsa Virgine dicantur, etiamsi Dominica sit, cum collecta de vigilia. Ad missam Officium *Solve, sancta Parens*. Graduale *Benedicta*, ad gradus in cappis sericis a duobus cantetur; si Dominica fuerit, *Alleluia, Post partum*, similiter in cappis a tribus. Sequentia, *Credo* et præfatio [*scilicet*, propria] non dicantur. Evangelium *Factum est, cum loqueretur*, cum cereis et incenso; in fine missæ nullum signum pulsetur, sed post breve intervallum duo de majoribus signis ad Nanam. In refectorio lectio *Factum est cum loqueretur*.

Hec solemnitas ad similitudinem Natalis Domini debet celebrari. Ad Vesperas ant. *Tota pulchra es*. Psal. *Laudate, pueri, Dominum*, etc. Omnes antiphonæ ad Vesperas, Matutinum, et Laudes pneumatice finiuntur. Antiphona *Ascendit Christus* bis imponitur a præcentore prælato, et ter canitur, omnia altaria incensantur.

Ad Matutinum primo omnia signa in classicum pulsentur. Invitatorium a quatuor in cappis. Homilia in cappa serica legatur.

Processio in cappis agitur. Ad missam Officium *Gaudeamus*. *Kyrie, Rex virginum*. **350** Epistola in pulpito legatur, etc. In refectorio lectio *Intravit*

A Jesus, deinde Sermones de eodem festo. Per octavas *Cogitis me, o Paula*, etc.

De sancto Bartholomæo medium festum. Ad primas Vesperas ant. *Estote fortes*. Psalmi de die. Notandum quod hac die ad Vesperas, et in crastinum ad missam septem de canonicis nostris apud Sanctum Audoenum cum processione beate Mariæ tenentur ex consuetudine proficisci. Nihilominus ad Vesperas nostras de S. Audoeno facimus memoriam cum hac antiphona: *Suscipe nostra*.

De sancto Augustino duplex festum primæ dignitatis ad Vesperas *Lætare, mater*. Psalmi de die. Antiphona *Adest dies*, bis imponitur, et ter canitur. Omnia altaria incensantur. Psal. *Magnificat*. A tribus *Benedicamus*.

Processio in cappis sericis agitur. In pulpito prosa a tribus cantetur cum *Patribus*. Ad missam Officium *In medio Ecclesie*, *Kyrie*, *Cunctipotens*. Epistola in pulpito legatur, etc. In refectorio lectio *Beatus Augustinus ex provincia*, etc.

Ad Vesperas antiphona *Post mortem*, etc. ant. *Hodie gloriosus*, ter canitur. Psal. *Magnificat*. *Benedicamus*. Postea tres alii in cappis **351** rubeis incipiunt ad gradus responsorium *Inter natos*, processio ad altare. Cantatur versus *Fuit homo*, versiculus dicitur ab ultimo dextri chori in cappa *Gloria et honore*. *Benedicamus Domino*.

In nativitate sanctæ Mariæ virginis duplex festum secundæ dignitatis, ad Vesperas antiphona: *Cæleste beneficium*, etc. Missâ matutinalis de S. Adriano, nisi Dominica fuerit. Hac die processio non agitur in cappis sericis. Ad magnam missam Officium *Gaudeamus*. Epistola *Ego quasi vitis in pulpito* legatur. Evangelium *Liber generationis*, etc.

Exaltatio sanctæ crucis, medium festum ita tamen quod nonum responsorium sit duplex. Ad Vesperas et Laudes processio fit ad altare. In reditu de martyribus Cornelio et Cypriano memoria *Isti sunt sancti*.

In solemnitate S. Laudi triplex festum agitur. Ad Vesperas in circuito chori duodecim cerei accendantur, præter candelabrum et aliud solitum luminare. Antiphona *In laudem Christi*, psalmi de die. Cantores hebdomadarii in cappis sericis chorum regant. Omnes antiphonæ tam diurnæ quam nocturnæ cum pneumate finiuntur. Capitulum in cappa serica a prælato dicitur. Responsorium *O lux mundi* **352** a tribus de senioribus in cappis sericis cantetur. Antiphona *Voto, voce*, bis imponitur et ter canitur. Psal. *Magnificat*. Altare majus cum duobus thuribulis incensetur.

Ad Matutinum classicum primo pulsetur. Invitatorium *Unum et verum Deum*, a quatuor in cappis sericis cantetur. Tertium responsorium *O lux mundi*, a tribus in cappis sericis cantetur. Sextum *O vere*, a tribus in cappis sericis, scilicet priore et duobus senioribus. In tertio nocturno homilia in cappa serica legatur; responsorium nonum *O lucis gaudens*, a quatuor in cappis sericis agatur, et iteratur. In Laudibus ad *Benedictus* antiphona *Quasi luna*, bis imponitur et ter canitur, omnia altaria incensantur. In capitulo lectio *Videte, vigilate*. In fine capituli per totas octavas dicitur: psalmus *Laudate Dominum, omnes gentes*. Post capitulum pulsetur ad processionem.

Notandum si festum sancti laudi feria iv vel vi, vel Sabbato evenierit, fiat jejunium Quatuor Temporum in hebdomada præcedenti (53).

Processio in cappis agitur sericis, in qua processione capsâ beati Laudi post conventum honorifice a duobus bajulis in cappis sericis cum duobus ceroferrariis, aliis **353** vero duobus ante crucem præcedentibus cum thuriferario, debet deportari. In statione ecclesie responsorium: *O vere*, quatuor in cappis sericis in pulpito dicant *â Te tutore*. Ad introitum eloi i

(53) In festo patroni non jejunabant.

O beate præsit Laude. Ad missam Officium Statuit. Pneuma, Kyrie, Deus creator. Gloria in excelsis, cum prosa *O gloria sanctorum.* Oratio Deus, qui ad decorandam. Epistola *Ecce sacerdos.* Graduale, *Domine prævenisti,* a tribus in pulpito cantetur. Alleluia, *Salve, gemma.* Sequentia *Alma cohors.* In refectorio vita S. Laudi, postea sermo *Dominus et Salvator noster, fratres charissimi.* Ad Vesperas ant. *Beatus Laudus,* etc. Responsorium *O lucris,* octo, vel plus vel minus ad voluntatem præcentoris, cantant in circuitu. De sancto Matthæo memoria.

In octava S. Laudi duplex festum tertiæ dignitatis. Unus cereus debet ardere super altare ante corpus sancti Laudi ad utrasque Vesperas et Matutinum.

De sanctis confessoribus Remigio (1 Octob.), Germano et Ve lasto tres lectiones. Ab hac die usque ad Pascha somnus meridians intermittitur. Ab hac die usque ad Kalendas Novembris, nisi festum novem lectionum, vel festum more octavæ celebretur, immediate post gratias Nona decantetur. In novem **354** vero lectionibus extra clausuram collocatorium Iratres post prandium donec pulsetur ad Nonam, usque ad festum omnium Sanctorum, habere debent. Ad Nonam servitores niensæ debent, si commode valeant, interesse.

In translatione S. Augustini medium festum. Ad Vesperas ant. *Lactare.* Psalmi de die. Processio fit ad altare quod est commune S. Augustini et S. Nicolai. In reditu, de martyribus memoria *Gaudent in caelis.* Ad Matutinum, sicut in alia solemnitate, servata proprietate medii festi, ita tamen quod mediæ lectiones et media responsoria fiant de martyribus. In Laudibus processio ad altare, in reditu de martyribus memoria *Cum audieritis.*

In dedicatione ecclesiæ triplex festum. Ad Vesperas ant. *Architectus,* etc. Omnes antiphonæ, tam diurnæ quam nocturnæ, prima die cum pneumate finiuntur. Antiphona *Sanctificavit Dominus,* ter canitur. Psal. *Magnificat.* Altare majus et altare matutinale tantummodo incensantur. Post: *Benedicamus* processio agitur ad duodecim cruces quæ sunt in ecclesia depictæ, et debent in singulis quinque cerei [(s., singuli)] accendi ad singulas processiones, videlicet ad Vesperas et Matutinum. Ad processionem *Terribilis* **355** est locus, cum versu, et *Gloria,* si opus fuerit. In præcedendo prælatus debet singulas cruces cum altaribus incensare. In choro *Beati qui habitant.* Oratio *Anne, quæsumus, Domine.*

Ante Matutinum pulsetur classicum. Homilia in cappa serica legatur. In Laudibus processio fiat sicut post Vesperas. In capitulo lectio *Egressus Jesus perambulabat Jericho;* postea solemniter pulsetur ad processionem, processio in cappis sericis agitur. *Terribilis.* In statione *Ecce tabernaculum,* in pulpito a tribus cantetur versus *Si quis.* Ad missam, Officium *Terribilis est locus iste,* etc. In refectorio lectio *Egressus Jesus.*

Per octavam ad Horas et ad missam fiat servitium in modum medii festi. Alleluia in cappis sericis decantetur; ministri altaris tunica et dalmatica vestiantur. In refectorio sermones de festo, quantum possunt sufficere.

De sancto Mellono fit duplex festum tertiæ dignitatis.

De sancto Romano medium festum agitur; ad Vesperas ant. *Similabo.* Psalmi de die.

De sancto Fromondo martyre duplex festum. Ad utrasque Vesperas et Matutinum **356** cereus ardeat coram feretro. Ad Vesperas ant. *Beatus vir.* Psalmi de die. Si Dominica fuerit ad processionem dicatur responsum *Gloria et honore;* in qua processione debet capsâ beati Fromondi deportari et duo cerei iuxta feretrum.

De Omnibus Sanctis triplex festum agitur. Omnes antiphonæ cum pneumate finiuntur. Ante Matutinum omnia signa in classicum pulsetur. Prima lectio

A in cappa serica a prælato legatur, secunda a superiore non in cappa serica, ceteræ a senioribus sicut sunt in ordine constituti. In hac festivitate non pronuntiatur Evangelium, sed septima lectio sic incipit: *Christi sacerdotibus.* Octavam lectionem legit unus de junioribus; ad Nonam vero lectionem ponitur unus de sacerdotibus, quæ in cappa serica legi debet. Responsorium primum quatuor in cappis sericis decantant *Summæ Trinitati. Præstet nobis. Gloria Patri,* reincipitur *Summæ Trinitati.* Responsorium secundum prælatus cum duobus aliis similiter in cappis sericis. Cetera responsoria duo et duo cantant, sed non in cappis sericis; *nonum Concede nobis* a tribus in cappis sericis decantetur. In capitulo lectio *Christi vero sacerdotibus.* Processio hujus diei non agitur in cappis sericis. Ad processionem **357** *Concede, Adjurent* a tribus in pulpito cantetur. Officium *Gaudeamus.* Epistola in pulpito legitur. In refectorio lectio *Videns Jesus turbas.*

B A Kalendis Novembris usque ad Purificationem beate Mariæ statim post gratias redditas, præmissum *Pater noster,* quando bis comeditur cantatur Nona.

Ad Vesperas ant. *Salvator mundi* ter canitur. Psal. *Magnificat.* Post Vesperas in memoriam fidelium defunctorum festivus solito aguntur Vesperæ, ita: Primam antiphonam incipiat præcentor, ceteras cantores hebdomadarii, psalmi sendendo cantentur, quia, si statio teneretur et si antiphonæ deferrentur, ita essent duæ Vesperæ in conventu, quod nunquam fit. Ant. *Placebo,* psal. *Di exi.* Hoc addito quod in fine cujuslibet psalmi *Requiem æternam* dicatur, etc. Psal. *Magnificat,* in fine *Kyrie, eleison* ter cum cantu, etc., una tantum collecta: *Fidelium, Deus,* etc. *Requiescant in pace.* Qua finita classicum aliquandiu pulsetur, interim conventu in choro expectante.

In crastinum totum Servitium fiat pro defunctis in modum duplicis festi tertiæ dignitatis. Ad Matutinum pulsetur signa duo et duo. Pulsato classico, præmissum *Pater noster,* et facta sonitu a prælato cantor hebdomadarii **358** dexteri chori *deserat* primam antiphonam prælato per chorum extra formas, ceteræ majoribus deferantur, in fine cujuslibet psalmi, et etiam ad omnes Horas *Requiem æternam* dicatur loco *Gloria Patri.* Ant. *Dirige.* Psal. *Verba mea,* etc. *A porta inferi.* Lectiones ad lectricum extra chorum legantur, et sumantur de Epistola beati Pauli I ad Corinthios in fine: *Si autem Christus prædicatur,* etc. Lectiones sine *Jube* et sine *Tu autem.* Nonum responsum *Libera me, Domine,* a tribus cantetur. In fine dicat prælatus *Requiescant in pace,* et responso *Amen* silcant omnes. Interim pulsetur classicum aliquandiu conventu in choro expectante. Finito classico prælatus incipiat antiphonam a cantore hebdomadarii sibi delatam, *Exsultabunt,* etc. Ad Primam et ad omnes Horas hebdomadarius majoris missæ incipiat antiphonam loco *Deus, in adjutorium.* In capitulo omnia fiant sicut solitum est, lectio *Tempus quod inter hominis mortem,* sine *Jube* et sine *Tu autem,* legatur. In fine capitulum *Verba mea.* Sicut solitum est post capitulum pulsetur ad processionem, deinde ad revestendum, post cum revestiti fuerint ad Tertiam.

Finita Tertia, et præparata processione cum aqua benedicta, cruce, cereis, et thuribulo, **359** induto etiam prælato, et ministris albis paratis, cantore incipiente *Credo quod Redemptor,* exeat processio per dextram crucem ecclesiæ, prælatus aspergat tumulos defunctorum. Interim conventu in basilica ordinate expectante et cantante responsoria historiæ, scilicet *Credo quod Redemptor,* etc., quantum opus fuerit, exeat prælatus cum ministris et cruce, et cereis, et aqua benedicta in commune cœmeterium parochianorum, et ibi circumquaque aquam benedictam aspergat; deinde regresso prælato procedat tota processio per claustrum, ipso prælato similiter aquam benedictam aspergente, quo transiente cum

ministris in cœmeterium fratrum, conventus ante capitulum in ordine suo stans prædicta responsoria finiat, quibus finitis dicatur *Kyrie, eleison* ter cum cantu, prælatus dicat: *Et ne nos, etc. Deus, veniæ largitor. Deus, cujus miseratione.* In fine *Requiescant in pace. Amen.* Postea cum septem psalmis sine *Gloria Patri* in chorum redeat conventus, prælatus cum ministris in vestiarium. In fine septem psalmorum dicatur *Requiem æternam, Kyrie, eleison* ter sine cantu, iterum cum prædictis precibus dicatur oratio *Absolve*; deinde pulsato classico missa pro fidelibus ad majus altare solemniter celebretur. Diaconus habeat **360** dalmaticam, subdiaconus tunicam, cantores hebdomadarii chorum regant cum præcentore. Officium *Requiem æternam.* Psal. *Te decet, iterum Requiem æternam, loco Gloria Patri* dicatur verus *Exaudi orationem, etc.* Iterum *Requiem æternam.* Una tantum oratio, scilicet *Fidelium.* Epistola *Facta est super me manus Domini.* Graduale *Si ambulæm, a duobus ad gradus in cappis sericis* cantetur, et reincipiatur. Tractus *De profundis, totus a tribus in cappis sericis* cantetur. Evangelium *Sicut Pater suscipiat.* Offertorium *Domine Jesu Christe. Sacerdos Hosias, etc.* Commu-

nio *Lux æterna, Requiem æternam.* In fine nullum signum pulsetur. Ad Nonam post gratias redditas.

Notandum quod si festivitas Omnium Sanctorum in Sabbato occurrerit, officium fidelium usque in secundam feriam sequentem penitus reservatur eo modo quo supra dictum est celebrandum; in Sabbato vero ad Vesperas, hoc est, in festivitate Omnium Sanctorum fiat memoria de Dominica tantum.

De S. Rumphario duplex festum secundæ dignitatis. Ad Vesperas antiphona *Similabo eum, et aliæ antiphonæ cum psalmis de die; et omnia alia in hymnis, antiphonis, psalmis et responsoriis, sicut in festo 361 S. Laudi, excepto quod in hac festivitate omnes antiphonæ non finiuntur cum pneumate. Sciendum etiam quod unus cereus ab initio primarum Vesperarum usque ad finem secundarum ante capsam beati Rumpharii continue debet ardere. In capitulo lectio: *Homo quidam peregre.* Processio agatur cum capsam beati Rumpharii, sed non in cappis sericis. Ad processionem *Sint tumbi, duocerei* juxta capsam deportentur si affuerint pueri; *ÿ Vigilate* in pulpito a tribus decantetur. Ad missam, officium *Statuit, etc.* Epistola in pulpito legatur.*

INCERTI AUCTORIS

EXPOSITIO SUPER CANONEM MISSÆ

Secundum] Amalarium [ms. Alarium].

(Ex Veteri ms. codice Bigotiano.)

Dominus vobiscum. Salutatur sacerdos populum, C orat ut Dominus sit cum illo. *Et cum spiritu tuo.* Responsio populi atque oratio, ut sicut sacerdos oravit ut Dominus esset cum populo, et populus orat quod Dominus sit cum spiritu sacerdotis. Dicit sacerdos *Orate, fratres.* Rogat **362** omnes orare ut oratio ejus exaudiatur. Et quando dicit *Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, ad Dominum Patrem* orat sacerdos ut per Filium suum, qui Dominus noster est æqualiter sicut Pater, oratio perticiatur. Cum dicit: *Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, vult populum credere et intelligere quod Filius cum Patre suo ab initio sine fine et regnat et vivit, et Deus est, sicut Pater Deus est, et una potestas est Spiritus sancti cum Patre et Filio, atque una substantia, et in omnibus unum deitatis. Per omnia sæcula sæculorum, id est ut Filius cum Patre in unitate Spiritus sancti, sicut ante omnia sæcula in deitate vixit et fuit, ita in presenti sæculo, atque in futuro ubi D justii cum angelis permanebunt et injusti cum diabolo cruciabantur, credatur æqualiter vivere cum Patre et Spiritu sancto, et nullo fine concludit. Amen, confirmatio orationis est a populo, et in nostra lingua intelligi potest, quasi omnes dicant: Ut ita fiat sicut sacerdos oravit; sed propria ejus interpretatio, *vere sive fideliter. Sursum corda.* Admonet sacerdos populum ut sursum, id est super semetipsum, ad Dominum omnipotentem corda levantur, et fideliter oretur quod desursum eis veniat auxilium a Deo cœlesti a quo **363** creati sunt. *Habemus ad Dominum, responsio est populi, quod sicut sacerdos jussit eos sursum corda tenere, proficiunt. Gratias agamus Domino Deo nostro.* Sacerdos gratias agit Deo juxta professionem populi qui confessus est ad Dominum se esse intentum. *Di-**

gnitas agit Deo, quia digna et justa oratio est Deo gratias referre quia ab ipso omnia bona suscipimus.

Vere dignum et justum est, æquum et salutare. Commendat sacerdos orationem vel professionem populi, et dicit quod vere dignum et justum est Deo gratias referre, et quod *æquum est, hoc est rectum est sive æquale Salvatori, vel salute plenum ut ei gratias referamus qui nobis salutem delit æternam: Nos tibi semper et ubique gratias agere, conversus ad Dominum post confessionem populi, quasi ad præsentem loquitur, quia in presentia Domini semper sumus, et ipse videt cogitationes nostras. Et dicit sacerdos tam de se quam de populo; Nos tibi semper, hoc est, omni tempore. Et ubique, id est, in omni loco, gratias agere. Domine, quia Dominator es omnium, et sub tua dominatione sunt omnia. Sancte, tu qui sanctus es, et per quem omnia sancta, quia omnia bona creasti. Pater, Græce dicitur *πατήρ, et Latine Genitor, quia 364 ipse genuit Filium sine ulla coinquinatione seu corruptione. Pater Latine a paterno dicitur, hoc est, perpetrando, quod est a perficiendo vel adjuvando, quia ipse perficit omnia quæ facta sunt, et adjuvat omnia quæ adjuta sunt, et voluit nos filios suos fieri adoptivos per sanctificationem qua ipse sanctificavit nos. Omnipotens, qui omnia potest, ideo Omnipotens dicitur, et non est impossibile apud Deum omne verbum. Æterne Deus, hoc est, æternum, et perpetuum, et temporale. Æternum est quod initium non habuit, nec finem habebit, quod semper fuit, et est, et erit. Perpetuum est quod esse cœpit et finem non habebit. Temporale est quod initium habuit et finem habebit; et ideo dicitur hic *æterne Deus* quia solus æternus est, nec cœpit esse, nec desinit esse, sed est semper Deus; a diligendo dicitur Deus, quia omnia diligit et gubernat quæ creavit. Et aliter Deus a *distinendo* dicitur, quia**